

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1226 - 1227

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

tationem jam dictam, sicut rationabiliter facta est, approbantes et ratam habentes similiter sigillum nostrum instrumentis predictis fecimus apponi ad cautelam. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1226.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 15 or. mb. c. 2 sig. pend.

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 304 nr. 22.

206. *Das Straßburger Domcapitel verlehnt den Brüdern Hugo und Wolpero, Straßburger Bürgern, einen Hof zu Schiltigheim auf neun Jahre. 1227 März.*

Reinhardus prepo[situs], Bertoldus deca[nus], F[riderichus] cantor, [U]lrichus scolasticus totumque capitulum majoris ecclesie in Argentina universis hanc paginam
 10 inspect[uris] rei geste notici[am]. oblivioni p[rud]enter occurrimus, si ea, que nostris temporibus aguntur, scripto commendamus. noscant igitur prese[ntes] et futuri prese[ntem] paginam inspecturi, quod nos unanimi consensu concivibus nostris Hugoni et Wolperoni fratribus curiam nostram in Schilteheim ad novem annos concessimus colendam tali pacto, quod, transactis jam dictis annis, curiam nobis in
 15 bono edificio et terra bene culta relinquunt, si ulterius eam ipsis concedere noluerimus. medio vero tempore quolibet anno decem agros ad minus nobis tenentur bene fimare et apud Argentinam cellerario quadraginta quartalia tritici et quadra-
 ginta siliginis infra festum assumptionis et nativitatis beate Marie procul omni dolo presentare. si vero regia aut generalis aut alias communis gerra fuerit exorta et
 20 eadem curia propter eam devastata fuerit vel exusta vel grandine frumenta percussa vel quod vulgo dicitur missewas ubique locorum fuerit, dampna talia, quibus ipsi innocentes inventi fuerint, secundum jus commune et consuetudinem terre in nos redundabunt. et si eorum rixa vel discordia sive qualicunque eorum culpa curia prenominata fuerit adusta, dampna talia ipsi supportabunt nec eo minus prenotata
 25 frumenta nobis donabunt et, si ad talia dampna ipsis aliquod juvamen impendere voluerimus, non jus aliquod sed gratiam nostram poterunt implorare. preterea, si ex culpa nostra aliqua dampna ipsis illata fuerint, non ipsis sed nobis illa accrescent. insuper animalia sua in curia habere promiserunt et omne frumentum, quod super agris quinque mansuum creverit, pratorum fenum curie presentabunt, ut de
 30 stramine et paleis ceterisque abjectionibus agri fimentur. si vero unum eorum medio tempore mori contigerit, alter supradictam conventionem ratam habebit et, si ambos viam universe carnis ingredi contigerit, heredes eorum, si plenam cautionem nobis fecerint et eosdem mansus bene coluerint, usque ad prescriptum terminum prenomi-
 natam conventionem habebunt. et ut hec rata permaneant et inconvulsa, presentem
 35 paginam sigillo capituli communitam ipsis in testimonium scribi fecimus. actum anno domini 1227, mense marcio, scribente Guntero¹.

*Aug. 15
Sept. 8*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2700 or. mb. c. sig. pend. delapso. Der obere Rand des Pergaments ist an einigen Stellen ausgerissen.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 306 nr. 297.

40 ¹ Denselben Schreibeervermerk trägt auch die Urkunde der Abtissin Hedwig von Andlau, 1227 März 4, cfr. nr. 202 not. 2.